

DIATRIBE PHILOSOPHICA

Proponens

POSITIONES NONNULLAS ~~20.~~

De

UBIETATE SPI-
RITUS FINITI.

Quas

AUXILIO TER SANCTI ET INFINITI SPIRITUS,
IN ILLUSTR. WITTEBERGENSIUM ACADEMIA,
SUB PATROCINIO

VIRI

REVERENDI, AMPLISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

DN. JOHANNIS SCHARFII

SS. Theol. Doctor. & Professor. Extraordinarii, nec
non Log. & Metaph. Ordinarii publici, Amplissimæ Facult. Philosophiæ
h, t. DECANI SPECTABILIS, Promotoris ac Præceptoris per-

petim honorandi &c


Publicæ ventilationi sistit

GEORGIUS Newensfeldt /

Dantiscanus.

In Acroaterio Majori

ad diem 16. Decembris horis matutinis.



WITTEBERGÆ

Ære publico JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

ANNO M DC XLVII.

oll. diss. A
1, 49

a. CI. 29.

50





Præfamen

Ngentia subeunt molimina mortales. Supra vires suas sapere conantur. Secretissima ex abdito eruere, eruta aliis noscenda propinare, dubio successu, tentat Ratio depravata. Manum impurissimam ad reconditam promovet tabellam. Dei ipsius penetrare, nulli pervestigabile subire aliquando impudenter non veretur. In vetita nititur. Qua sine crimine ignorare voluit Univerſi Creator Optimus, creatura vilissima, cum discrimine, conatu parum fetici indagare audet. Curiosa adeo mens hominum quorundam causas impenetrabilium inquirit minus fructuose. Tenendum hic S. BERNHARDI monitum: Quod nulli datum est experiri, nullus conetur effari. Error hinc ortus multiplex, qui planctu suo totum pervasit orbem. Felitiori successu in iis se mens veri-cupida exercet, qua scrutari voluit, & manifesta fecit. Qui Fecit omnia formosissime. Fecit autem & Corpus & Spiritum. Utrumque hominem scrutari voluit. Utrumq; in Homine, parvo mundo, conspicuum fecit. Formavit corpus è terra glebâ. Mentem purissima sufflavit Mens. Corpus cum beluis; Spiritum cum Superis communem dedit. Beluina indoles robore, mole, cursu, sensuq; vincit indolem Humanam. Solâ Mente hæc illam superat. Hæc omnes mundi angulos pervadit, omnia rimatur, supera, infera, & quicquid in iis occurrat abstrusi, penetrat secure. Extra se, Directâ cognitione præter

præter corpora, sui similes quoque, mirâ cum suavitate, substan-
tias contemplatur. Intra se, cognitione reflexâ, si ipsam intrat,
intelligit & intuetur. Insatiabili ad eò sciendi flagrat ardo-
re, mentis vis inestimabilis. Juvat in presentiarum altum
adire, & mente Mentis finite tenuiter perpendere Ubieta-
tem. Improbant institutum nostrum, qui supra promi-
scuam plebis fecem sapere pudori ducunt. Curiosam putant
hanc materiam, qui materia penitus immersi incuriosè tra-
ctant sublimia & sensibus incognita. Secus sentiunt, queis de
meliori luto finxit præcordia Titan. Rectè dicitur: Que à
sensibus sunt remotiora, etiam à scientiâ & certâ demonstra-
tione sunt remotiora, non autem prorsus remota. Difficul-
ter quidem intelligibilis nostra hæc est materia, non planè
inperceptibilis, non curiosa & inutilis, sed satis fructuosa &
utilis. Quare quod possumus, hoc agimus. Nam tentata et-
iam industria suam magnis in rebus meretur laudem. Tra-
ctabimus autem presentem materiam per certas quasdam
Positiones. Numen conatibus adsit!

POSITIO I.

UBIETAS SPIRITUS FINITI est ad-
essentia realis, quâ spiritus creatus, termina-
bili spatio, de se, per essentiæ suæ designatio-
nem activam, adest impartibiliter, citra
ipsius spatii materialem occupationem.

§. I. Nulla ignoti cupido. Res ergò indaganda venit, nec
Nominis posthabenda ratio. Sæpè maximam peperit incertitu-
dinem rerum verborum neglectus. Ultramque nunc & Nominis &
Rei pensæ habebimus definitionem. Definiti analysin absolvit e-
volutio cum Synonymia, tum Homonymia. Estque Ubietas Spiritus fi-
niti. Definito equipollere apud autores dicuntur Ubietas Defini-

tiva.

riva, Adessentia designativa, Præsentia determinativa, Ubitatio
 spiritualis, Alicubitas spiritualis &c. licet promiscuè nonnun-
 quam apud Authores Alicubitas pro ipsa sumatur Ubitate, ita
 ut divinum quoq; Ubi involvat, strictè tamen & propriè loquen-
 do vi nominis ubi notat parziale, solisq; competit creaturis. Di-
 stinguunt autem hic nonnulli inter alicubi esse sumptum vel
Negative, quat. idem est, ac non esse nusquam & ita Deum quoq;
 alicubi esse dicunt, Vel *Positive* quat. designat ubi prædicamenta-
 le, & ita solus creatus spiritus ipsis alicubi esse dicitur. Aliis
 Circumscriptio intellectualis dicitur. Sic *Damasceus* (a) Spi- (a) l. 1. d.
 ritus in Ubi esse per circumscriptionem intellectualem statuit. *Orth. Fid.*
Alstedio (b) locus definitivus, itemq; intelligibilis dicitur. *Tim.* c. 17.
plero (c) vocatur locus spiritualis. Verum non sine errore ac in- (b) l. 5. En-
 accuratè Spiritus dici locales postmodum probabimus. Græcis *cyclop. part*
 πᾶ dicitur. 1. c. 27. reg.

§. 2. Varia quoq; definiti tam *disjunctim*, quam *conjunctim* sumpti, acceptio occurrit ap. Authores varios. *Disjunctim Ubie-* part. 3. c. 2.
tas nunc *Adverbialiter*, locum aut tempus denotans, capitur; reg. 3.
 nunc *Nominaliter*, sicq; vel *Transcendentaliter*, quomodo quem- (c) l. 2.
 cunq; adessendi modum nonnullis dicit (s. ad ubi speciale & par- *Met. c. 5.*
 tiale, s. ad Generale & ubi q; esse respiciatur) quo illud quod est,
 non est nullibi vel extra nusquam esse ponitur: Vel *Eminenter*
 pro simplici adessendi interminabilitate, sicq; Deo soli compe-
 tit & dicitur Ubiquitas: Vel *Prædicamentaliter* & tunc alia est
circumscribibilis, quæ rebus competit materialibus, alia *defini-*
bilis, quæ creatis tribuitur spiritibus. Ita *Scaligero* (d) Ubietas af- (d) *Exerc.*
 fectus entis cujusq; necessarius vocatur, præter Deum. Sicque 359. s. 5. cōf.
 opponitur Ubiquitati & Omnipræsentia, & quod alicubi est *Exerc. 5. s. 6.*
 vel circumscriptive, vel definitive, ubique esse negatur. Aliis *Ex. 6. s. 2.*
 Ubietas prædicamentalis solis quantitativis rebus tribuitur. Sic (e) *Tract. 2.*
Bellovisius (e) inquit: *Ubi solum invenitur in rebus corporalibus.* Ast *d. Termin.*
 malè Ubietatem Spiritus finiti, de quâ nostra jam est cura, prædi- *Expl. c. 198.*
 camentis excludi possit. 3. sumus visati. *Spiritus* vox varia
 quoq; significat. *Theologis* quid Spiritus nomine veniat, ex scri-
 ptis ipsorum patet. *Philosophis* nunc *Grammaticè* soni aspiratio-
 nem; nunc *Musicè* vocis elevationem notat. In *Physicis* aër, ha-
 litus

(b) centum
 en lib. 7.
 sicut dicitur
 2. p. 2.
 2. p. 2.

Titus oris, ventus &c. ob subtilitatem vocantur Spiritus. Ipsis
 etiam Spiritus alius est insitus, alius influens, Animalis, Vitalis,
 Naturalis. Nobis hic loci Spiritus substantiam intellectualem
 & in corpoream notat. Nec *Finiti* vox æquivocatione caret: *Capitur nunc*
 pro eo quod est causatum à fine, sic fini respondet
 finitum, ut formæ formatum; *Nunc* pro eo, quod unitate tran-
 scendentali finitum est, sicq; cum Ente & uno recurrit, habetq;
 illud infinitum oppositum, quod non Enti & multitudine respon-
 det. Unde Porisma metaphysicum: Quicquid recedit ab uni-
 tate transcendentali, recedit vel ad infinitum vel ad nihilum.
 Ita Deum aliàs finibus essentiæ & potentiæ carentem, finitum
 faciunt Metaphysici, mente quidem sanâ, impurâ tamen linguâ.
Nunc pro eo, quod ad materiæ recipientis capacitatem est deter-
 minatum, quomodo finitæ dicuntur Formæ materiales; Imma-
 teriales vero itemq; Intelligentiæ, quia materiæ sunt expertes,
 hâc ratione finitæ non sunt. Esse enim illarum non est receptum
 limitatum vel finitum ad capacitatem materiæ, licet sit finitum
 ad capacitatem naturæ recipientis qf. *Golden. (f)* *Nunc* denique
 etiam sumitur pro eo, quod fines & essentiæ & potentiæ habet.
 sicq; hic nobis accipitur. *Conjunctim* Ubietas definitiva vel
Generaliter & Impropiè, vel *Specialiter & Propriè* capitur. *Gene-
 rali ratione* indifferenter, quemvis entis creati determinabilem
 ad essentiæ modum notat, quò in spatio restricto & determinato
 adesse potest & debet, sicq; omnibus creaturis æqualiter conve-
 nit, & contra distinguitur Ubietati interminabili, quæ Entis est
 Increati. Interminatum enim naturâ & propriè solum Increa-
 tum dicitur vid *Damasc. (g)*. At *Speciali ratione & Propriè*, De-
 finibilis ubietas dicitur ea, quæ inter Ubietatem Repletivam &
 Circumscriptivam mediat, eaq; solum respicit, quæ propter *spi-
 ritualitatem* eamq; terminabilem, ita spatio alicui adesse dicun-
 tur, ut per illud ne *imaginariè* quidem extendantur, h. e. ut par-
 tes essentiæ, per partes spatii diffusæ cogitentur. Non n. tum
 amplius Ubietas verè definibilis manet, sed fit quasi circumscri-
 ptibilis. Conf. hic *Fonsæam (h)* *Excell. Dn. D. Calovium (i)* *Dn.
 Henr. Nicolai (k)* *Promot. & Præcept. ævum venerandos, Scheiblerum
 (l)* aliosq;.

(f) Concil.
 Philos. part
 p. 301.

(g) l. 2. d.
 Orb. Fid.
 c. 3.

(h) comm.
 in lib. 5.
 Met. Arist.
 p. 15. q. 9.
 sect. 6.

S. 4. Dis

§. 3. Discussio Definito, definitionem ipsam aggredimur. (i) *Met. Di-*
Constat hæc ipsa conceptu duplici, *Convenientia* altero, altero *vin. Part.*
Discrepancia. *Convenientia* conceptus ponitur *Adessentia realis.* *Gen. c. 8. 85.*
Habet hunc conceptum quidditative communem Ubietas hæc (k) *Tract. d.*
definibilis strictè & propriè sic dicta, cum ubiuitate, & circum- *Ess. Alic.*
scriptivâ Ubitate. Et Deus adest per essentiam suam, non spa- *Secl. 3. eb. 8.*
tio, sed spatiis omnibus eminenter, majesticè & Spiritualiter; (l) *l. 1. met.*
Et corpora suis adsunt spatiis, adessentiâ sc. crassa, physica & *c. 17. tit. 5.*
locali, quâ expansivè, circumscriptive & commensurativè ad- *art. d.*
esse dicuntur. Hinc adessentia nobis describitur, quod sit rei
ad spatium quaecundq; in genere existentia. *Realis* dicitur i. e.
ipsius essentia rei ad rem, non accidentium tantum, indistan-
tia & approximatio. Hoc ipso distinguitur à Fictâ, Analogicâ
& Habitudinali præsentia, quâ aliquid per analogiam & sui re-
præsentationè adest, non per veram essentia ipsius indistantiam,
ut sunt Relativa, Virtualis, Objectiva, Effectiva, Imaginaria & c.

§. 4. *Discrepancia* conceptus in subseq. continetur verbis;
Quâ Spiritus creatus, qui è nihilo, non à se, sed ab alio est produ-
ctus, & excludit Spiritum Increatum, qui à nullo est creatus, sed
à seipso est, & per se existit. Talem Spiritum solum Deum
esse, certum est & fides confitetur Christiana. *Terminabili spa-*
rio ut distinguatur à spatiis interminabilibus & infinitis, in qui-
bus solum Infinitum Ens ponitur, Ab Ente verò finito adef-
sendi terminabilitas inseparabilis est. Nec Ubietas Spiritus fi-
niti, concipi aut explicari potest, determinabilitate ad spatium
naturalè ademptâ. *De se* i. e. ita, ut vi suæ naturæ aliter alicubi es-
se nec queat nec debeat. Defacto enim Spiritus finitus, quan-
tum natura ejus requirit, non nisi unum debet habere spatium,
idque eâ qualibet amplitudine. Secus si eveniat, ut Spiritus
talis supra naturam suam in pluribus simul spatiis ubicetur,
hoc non naturalis, sed supernaturalis erit virtutis & potentia.
Non enim repugnat divinâ voluntate, creaturam defacto termi-
nis præsentia destitui, licet eos de se & vi propriæ essentia postu-
let. *Per essentia sua* h. e. per veram realissimam & substantia-
lem indistantiam & propinquitatem, non verò tantum per vir-
tutis communicationem, & operationis in aliud subjectum

tran-

transitionem, quomodo falsò Intelligentias spatii adesse cre-
dunt Thomistæ, ut infra videbimus. *Designationem activam* i. e.
talem qua Spiritus finiti pro lubito sibi certum aliquod πξ, in
quo sint, finitione quidem determinatum, amplitudine verò in-
determinatum & innominatum, designare dicuntur. Non
Passivam, quâ majus minusve spatium sibi definire haud possint,
sed ita sint in eo, ut extra illud esse nequeant, ceu in rebus di-
mensivâ quantitate præditis videre est. Distinguitur hoc ipso
Ubietate: Defini (1) ab Ubietate Repletivâ ad quam essentialiter
requiritur impossibilitas admittendi terminos, quæis ullo modo
designari & limitari queat; Estq; modus hic adessendi soli Deo
proprius. (2) Ab Ubietate Circumscriptivâ, non quidem internâ
essentiæ, quâ res finitam & certis limitibus circumscriptam dicitur
obtinere essentiam, quæ omni finiti convenit; sed Ex-
ternâ præsentia, per quam res corporeæ, de se, sibi spatium pro-
portionatum, illud dimensionibus suis occupando, ita desi-
gnant, ut implicet, aliud ejusdem generis, ibi dari, propter di-
mensionum impenetrabilitatem. *Impartibiliter* h. e. ut totus
sit in toto spatio & totus in qualibet spatii parte non positivè, sed
negativè, in quantum essentia Spiritus finiti nullas partes extra
partes admittit. Totalitas verò ista in spatio toto & parte spatii,
hic intelligitur Substantiæ & substantialium perfectionem; non
Præsentia & proportionata applicationis, prout postmodum
patebit. *Citra ipsius spatii occupationem materialem* i. e. quanti-
tativam, quâ quanta spatii dimensionibus per suam corpulentiam
applicantur. Differt hoc ipso formaliter à circumscripti-
bili Ubietate. Propriè corporea per naturam sui occupativè
spatia postulant. Spiritus quidem nonnunquam etiam spa-
tia sua occupare dicuntur, sed accuratè minus & improprie;
Tum enim spatia occupare non significat omnes spatii dimen-
siones replere & per intervalla eorum materialiter se diffunde-
re, sed idem est ac substantiam suam ad hoc vel illud spatium ad-
dicere, assignare, & obtinere; prout significatio vocis hujus
occupare, Latinis authoribus non insveta est. V. Henr. Niccol. (m)

(m) Tract.
d. Es. Alic.
Sect. 3. S.
20. & 30.

POSI-

Spiritus Finiti non satis accuratè in loco esse dicuntur.

§. 1. Scapham dicendam scapham, tritum usu proverbium est. Proprio rem quamvis appellandam esse nomine, hoc ipso innuere voluere veteres. Non vocanda res à re distincta longissimè, nomine communi, proprium si suppetat. Distincta distinctis, competunt. Inculcant hoc curiosè Logici, vocumq; ab ambiguitatibus liberationem, accuratamq; acceptio- nem urgent studiosè. Secus qui faciunt, non verè philoso- phantur, sed variè sophisticantur, inq; profundos errorum gur- gites præcipitantur. *V. Pl. Rev. & Excell. Dn. Præses.* (a) Hoc vitii cum primis in præsentì positione à variis variè commissum pu- tamus. Esse in Loco Spiritus qui dicant, innumeri numeran- Authores. At minus cautè, propriè & accurate. Scil. plus ni- mium suis cogitationibus indulgentes, incautius de spiritibus loquuntur, & incorporea corporum more censent. Adver- santur verò huic nostræ assertioni alii quâ *Sonum* tantùm; alii quâ *Sonum & Sensum* simul. Dicunt Spiritum finitum in Loco esse Authores communiter. Nihil enim in quorundam Pa- trum, Scholasticorum, aliorumq; tam Theologorum, quàm Phi- losophorum scriptis familiarius, nihil frequentius hâc ipsâ lo- cutione reperitur. Patribus etiam non rarò, hic circumscri- ptionis termino uti placuit, ut *Ambrosio, Athanasio, Gregorio Ma- gno, Damasceno* aliisq; *V. Vasquez* (b) Verum sensus ipsis est me- taphoricus ut explicant *Ariminensis & Marsilius*. Non enim hic circumscriptionem externam & localem, sed internam & es- sentialem intelligunt. Sic *Theodoretus* (c) Angelos circumscri- ptæ Naturæ esse dicit. *Damascenus* (d) Solum Deum & immate- riale & incircumscriptum vocat, quia nullo Loco, nullo tem- pore, nullâ comprehensione continetur. Angelos verò & se- culo (quia esse incipiunt) & loco intelligibili, & comprehensio- ne circumscribi asserit. Conf. *Stapulensis* (e) Quo sensu etiam *Thomas* (f) inquit: Circumscribi terminis localibus est proprium corporum, sed circumscribi terminis essentialibus est commune

(a) *disp. de accur. phil. genere per totam.*

(b) *comm. in part. 1. Thom. Tom 2. disp. 187. c. 2.*

(c) *q. 3. in Gen.*

(d) *l. 1. d. O. F. c. 16.*

(e) *comm. in c. l. Da- masceni.*

(f) *part. 1.*

B.

cuili-

Summ. q. cui libet naturæ tam corporali, quam spiritali. Sensum pro-
50. art. 1. prium plurimi è *Calvinianis* retinent. *Timplerus (g)* more con-
(g) l. 2. Met lueto crasse loquitur; dicens, Omnem creaturam esse in loco
c. 5. in pr. & reali. Subsumit idem *(b)* Substantiam incorpoream finitam
q. 5. esse creaturam. E. esse in loco reali. Alibi *(i)* animam huma-
(b) l. 4. c. 4. nam in corpore organico, tanquam locatum in loco esse dicit.
q. 6. Huic assensum suum præbere videtur *Alstedius (k)* dum solum
(i) l. 1. Em- Creatorem illocalem, omnem verò creaturam localem facit.
psychol. c. 2. Idem *(l)* Angelos verè in loco esse dicit, & propterea verè etiam
probl. 1. moveri. *Goclenio* quoq; eandem sententiam communiter ad-
(k) Encycl. scribunt. *Crocus (m)* Angelos metitur loco, tempore & nume-
l. 5. cap. 27. ro. Verum rectius hic sensisse videtur, quam est locutus. *Bodi-*
(l) l. 6. c. 2. nus *(n)* Omnibus substantiis finitis tribuit locum & quantita-
reg. 3. & 4. tem, adeoq; omne finitum corporeum esse existimat. Ratio-
(m) Syntag nes addit; quia (1.) Omnis substantia finita terminatam habet
Theol. l. 3. c. distantiam. (2.) quia præter superficiem nullius substantiæ fines
26. pr. 5. aut termini cogitari possunt. Animam quoq; separatam in lo-
(n) in Theat co esse, à loco ad locum moveri, & propterea corpoream dicit
Nat. p. 513. p. 519. seq.
514. seq.

§. 2. Visis authorum divortijs, nostram positione hæc exhibi-
 bitam sententiam, quæ sc. Spiritus finitos accuratè nec dici, nec
Esse in Loco, statuimus, paucis propugnabimus. *Non dici*; Nam
 1. Dici requirit inesse, si non semper subjectivæ inhærentiæ, ta-
 men ad minimum veræ competentiæ; Et, ut se res habent in
 esse ita etiam in enuntiari. At spiritibus finitis esse in loco nul-
 latenus competit. E. nullatenus in loco esse dicendi sunt.
Dices: Abusivè, confusè & generalissimè hic ab Authoribus lo-
 ci capi vocabulum, non in rigore, distinctè & strictè, prout cor-
 porum tantum ubi exprimit, sed prout omnem omnium rerum
 ubietatem includit. Resp. Authores illi sententiam bonam,
 malè eloquuntur. Confusis generalissimis & abusivis vocibus
 res distinctas appellare, distinctæ si suppetant voces, quæ
 aliàs explicari possint, à *Φιλόσοφον* est. Distinctionis enim ma-
 gistrum Philosophum esse decet, non Confusionis. Unde 2.
 concl. Ubicunq; dantur distinctarum rerum, voces distinctæ ibi
 malè abusivis confusis &c. vocibus utimur. Sed hic dantur,
 disti-

distinctæ rerum distinctarum voces. E. *Maj.* in propatulo est: Propriis enim distinctisq; vocibus uti decet semper. Philosophum, si nimirum per rem ipsam liceat. Sophistæ est in vocibus ludere, quasvis distinctarum rerum voces confundere, & unius appellationes alteri assignare. *Minor* clara. Non est idem, dicere Spiritum esse alicubi, & Spiritum esse in loco. V. *Becan.*
 (o) Differunt hæc quàm maximè. Nunc tanquam modus aliquis generalis à speciali: Nunc veluti species sibi invicem oppositæ. Hinc 3. argt. Quæcunq; voces vel phrasæ (1) differunt ut latius & strictius, s. generale & speciale. (2) veluti species oppositæ, illæ malè pro iisdem promiscuè sumuntur & confunduntur. Sed Vox Locus & Ubi, vel phrasæ integra, Esse alicubi, & esse in Loco dictis modis differunt. Ergò. *Maj.* constat. Nam vox generis non confundi debet cum speciei voce; Sed generalia generalibus, specialia specialibus, & distincta distinctis exprimenda sunt vocabulis, si sc. suppetant. Sunt enim vocabula symbola rerum; quare non poterunt res distinctissimæ distinctè cognosci, nisi probè etiam distinguantur Voces ipsæ. *Minor* bimembris, & in severissima est. Nam (1) Non æquè late patent hæ voces ita, ut sint reciprocabiles, sed locus veluti vox speciei sub Ubi generis voce complectitur. Patet hoc ipsum. Vera est prædicatio; Quicquid est in Loco, illud est alicubi: Falsa; Quicquid est alicubi, illud est in Loco. Si vera, subsumerem. Locus ipse, quia ens finitum, est alicubi, non enim nullibi est. E. Locus ipse est in Loco. Quod absolum: Daretur enim processus in infinitum. Nihil etiam replicatur supra se, ut seipsum habeat. Sic formæ non est forma, nec materiæ est materia; ita nec Loci aliquis erit Locus. Vid. *Scheibl.* (p) Malè igitur quod alicubi est, statim in loco esse dicitur. 2. Differunt Locus & Ubi Spiritus finiti, ut oppositæ Ubietatis finitæ species. Dividitur enim Ubi prædicamentale s. entis finiti in Definibile quod spiritibus finitis competit, & circumscriptibile s. Locale quod solis tribuunt corporibus. V. *Excell. Dn. Præses* (q) item *Scheibl.* (r) Oppositum vero nunquam fit oppositum per reciprocationem vicissitudinariam. Quoniam E. Spiritibus finitis ubietas definitiva competit, Localitas de ipsis dici,

(o) *Th. Sch.*
T. 1. Tract 3.
q. 5. concl. 2.

(p) *Introd.*
Log. c. 13. n.
15.

(q) *Theo.*
Trasc. part.
Spec. disp. 9.
th. 29.

(r) *Intr. Log. c. 13.* dici, vel assignari non poterit. Tutius est unâ eum sententiæ veritate, verborum proprietatem retinere, quàm æquivocationibus sententiam sanam contaminare. Conf. hic *Clar. Dn.*

(s) *Tract. d. Henr. Nicolai (s).*

Ess. Alic.

Sect. 4.

§. 42.

§. 3. Non esse in loco quâ sensum Spir. Fin. contra *Bodinum, Timplerum, Goclenium, Alstedium* aliosq; seq. probamus 1. Proprietas corporis naturalis ut sic, genuina & adæquata, incorporeis appropriari nequit. Locus est propr. corp. naturalis &c. E. incorporeis appropriari nequit. Consequenter spiritibus quia sunt incorporei, nullatenus competit. Maj. est certissima. Impossibile enim est ut affectio uni propria, alteri quoq; propria esse possit. Unde ad quamlibet, cujusq; rei, proprietatem genuinam & adæquatam, hæc 4. necessariò requiruntur. (1) Universalitas suppositorum, quâ ea omnibus inferioribus, quæ subsumi possunt, competit. (2) Universalitas perpetuitatis, ut semper subjecto cujus est proprietas conveniat. (3) Incommunicabilitas, ut soli competat. (4) Principalitas ut proprietas ei competat. De minore nulla lis est. Locum esse affectionem genuinam corporis naturalis ipsi adversarii concedunt. Hoc concessio, unâ concedunt Locum, corpori, omni, soli & semper convertibiliter competere. Sic rectè dicimus; Omne corpus naturale est in loco, & quicquid est in loco est corpus naturale. 2. Quicquid verè est in loco, veram habet quantitatem. Spiritus non habent veram quantitatem. E. verè in loco non sunt. Major ipsis etiam adversariis certa est. Dicunt enim ob

(t) *Encycl.*

l. 7. part. 1.

c. 10.

(u) *Thea.*

Nat. p. 514.

corpulentiam & quantitatem res in Loco esse. Vid. *Alstedius (1)* *Bodinus (u)* inquit: *Nihil corporis tam proprium est, quàm esse in Loco, actu sibi equali ac terminato.* Minor constat: Si enim verè essent quanti, verè quoque essent quantitativè extensibiles. Nam Quantitas formaliter dicit ipsam extensionem molis. At spiritus non sunt quantitativè extensibiles, ita, ut partes extra partes, ex mole materiæ resultantes habeant, consequenter, in se ipsis vel longi, vel lati, vel crassi sint. Sunt enim simplicis essentia, quare nec materiam, nec formam, (quippe quæ semper in respectu ad materiam dicitur, eamq; præsupponit,) nec ullas partes materiales & integrantes admittunt. E. nec sunt verè
quan.

quanti. Porro. Spiritus non sunt quantitativè extensibiles. E.
 neque erunt loco mensurabiles. Negatà enim causà, negatur
 etiam causatum; s. Negato subjecto, subjecti quoque negatur
 proprietas. At Extensio molis est subjectum & causa talis men-
 surabilitatis V. *Extell. Dn. Pres (x) E. 3.* Quicquid verè est in lo- (x) *theo.*
 co, illud ut locatum loco includitur & continetur. Spiritus *Transf. part*
 ut Locatum loco non includitur & continetur. E. Spiritus verè *spec. disp. 6.*
 in loco non est. Maj. certa. Locus enim ipsis communiter de- *θ 30 31. lt.*
 finitur, quod sit circumferentia cingens locatum. *Bodino c. l. p. 106. in Pneum.*
 est spatium, quo corpus naturale contineri potest. *p. 513. loco con-* *l. 1. c. 2.*
cludi & contineri, inquit, quicquid finitum usquã existit. Minor pa-
 tet: Probatum antea, quantitatem molis & materiæ à spiritibus
 plane exulare. Ipsa E. Localitas, quæ fit per expansionem, dif-
 fusionem, extensionem, inclusionem, coarctationem, quanti-
 tativam spatii occupationem, circumscriptionem, continentiam
 & c. à spiritibus quoque exulabit. Proximè enim Localitas
 quantitatem molis insequitur, & de se ac suâ naturâ solis corpo-
 ribus competit. Pluribus minorem hanc propugnavit funda-
 mentis, & à *Timpleri* itemq; *Gotlenii* objectionibus liberavit *B. D.*
Meisner. (y) ad quem brevitas ergò hic provocamus. Mone- (y) *p. 5.*
 mus in supercautiùs dici, Spiritus, spatiis corporibus repletis, *part. 1. sect.*
 per simplicem substantiæ suæ designationem coexistere & adesse, *3 c. 6. q. 3. §*
 quàm inesse. Inessendi enim terminus propriè inclusionem *sect. 4. c. 7.*
 & continentiam infert. Unde *Suarez* disp. 51. sect. 4. n. 36. ait, *q. 2.*
 Esse in, notare formalem habitudinem loci. Et paulo ante n.
 20. Angelum esse alicubi, non ut ab Ubi comprehendatur, sed
 quod concomitanter cum spatio simul sit. Rectè quoq; *Richardus*
inquit: Formalis applicatio Angeli ad locum est simultas
 sua cum loco, vel cum re existente in loco. Authorum vox
 communis est; animam nostram corpori ceu loco inesse per de-
 signationem, itemq; Angelos in assumptis ad tempus corporibus
 esse. Verùm, cum nec angelus ab assumpto corpore, nec ani-
 ma humana à corpore humano cui unita est, contineatur; sed
 potius angelus & anima tanquam continentia, corpora ut con-
 tenta contineant & conservent, cautiùs corporibus quæ pene-
 trant,

trant, informant & permeant, adesse dicemus, quàm inesse, si nimirum terminus in respectu ad Ubi s. Locum, prout hic sumi solet, capiatur. Alio autem respectu Spiritus variè inesse concedimus. Sic anima tanquam pars considerata, est in suo toto sc. homine; tanquam forma informans, in suo formato sc. corpore, quomodo Angelus etiam veluti forma assistens, est in corpore assumpto. Non verò inest, tanquam locatum in loco, & ubicatum in ubi. V. *Plur. Rev. & Exc. Dn. Praeses* (Z)

(Z) Pneu.
l. 1. c. 2. p. m.

Confer Tanner. (aa).

23.

(aa) Theol.
Schol. T. 1.

disp. 5. q. 2.

dub. 2. n. 10.

(bb) Exerc.

359. f. 3.

(cc) Met.

Maj. Part.

Prop. c. 3.

(dd) lib. 6.

Encycl. c. 2.

reg. 3.

ee) Cent.

qu. 11. Theol.

ol. disp. 1. q.

5. p. 21.

S. 4. Varii variè hic distinguunt. Scaliger. (bb) quem sequitur Bartholinus (cc) & alii. quantitatem distinguit in Prædicamentalem & Intelligibilem, hanc non illam intelligentiis tribuunt. Vorstius locum alium Physicum, alium Metaphysicum, facit. Alstedius (dd) & Quantitatem & Locum intelligibilem angelis tribuit. Verùm in accuratè hæc, & non sine absurditate ita distingui facile patet. 1. Quantitas intelligibilis reipsa est non quantitas, sed finitio & determinatio aliqua tantum. Sunt spiritus creati, finiti terminis essentiae suae, non quantitatis aut superficiei intelligibilis, quæ ad finitionem essentiae non est necessaria. Non enim habent partes extra partes, quare nec intellectus illas in spiritibus concipere potest, nisi figmentum suum concipere velit. Potentias, partes appellare, nimis est æquivocum, & virtutis quantitas, non nisi æquivocè dicta quantitas est. 2. Distinctio loci in Physicum & Metaphysicum dupl. peccat. Partim enim otiosa est, partim implicat. Otiosa est quoad membrum prius. Locus enim non datur alius, quam Physicus. *to* Physicus ergo otiosè apponitur. Implicat quoad posterius. Locus Metaphysicus est non Locus. Physica affectio locus est, eo ipso non est Metaphysica. Si hoc; Locus non est, quippe qui semper est & manet affectio Physica. Conf. D. Græver. (ee) Eiusdem conditionis est distinctio *Timothei Brightii Cantabrigiensis*, quæ distinguit materiatum in Corporeum & Incorporeum & sic materiata facit mentes divinas. Itemq; *Snellij in Pneumatol.* qui materiam aliam Physicam, aliam Dialecticam facit, hancque omnibus spiritibus, ipsi etiam Deo adscribit. 3. *Alstedij* Lo-

CUS

eus Intelligibilis absurditate non caret. Implicat pugnantiam in adjecto, statuere locum qui tantum ab intellectu sit. Locus, verum & reale esse extra fictionem intellectus habet, estque proprietas corporis ut sic, competens omni, semper & soli ut §. 3. dictum. Locus E. tantum intelligibilis, Locus non est. Quare ipsam Loci naturam & essentiam & intelligibile destruit & evertit, *Bodini* rationes suâ ipsius ruunt inutilitate. Probationes meræ sunt principii petitiones. Falsum est omne finitum esse in loco V. *Excell. Dn. Prasfes (ff)*. Falsum, omnem distantiam esse localem. Falsissimum denique est, nullius substantiæ fines aut terminos cogitari posse præter quantitatem aut superficiem. Datur enim præterea Finitudo alia Essentiæ, alia Virtutis, alia Operationis, alia Durationis, alia Præsentia & c. His modis finitos dicimus Angelos, finitas dicimus Animas separatas. Concludimus præsentem positionem verbis *Acutissimi Viri Dn. Job. Sperlings Hospitis, Præceptoris ac Promotoris mei ævum venerandi (gg)* Error & infirmitas mentis est, cum spiritum concipit ut quantum, ut loco inclusum, ut tempori ac mutationibus obnoxium, ut materiatum, ut corporeum.

(ff) Theor.
 Transpart.
 Gen disp.
 12. §. 52 § 9

(gg) Instit.
 Phys. l. 1. c. 3.
 q. 5. & An-
 tibr Phys. l.
 1. c. 1. q. 3.

POSITIO III.

Ubi Spiritus Finiti finitum & reale statuimus.

§. 1. Discors Authorum circa hac positionem sententia est. *Weigelius (a)* Angelos Deo æquales esse creatos, unde eos etiam omnipræsentes statuit. Ita enim inquit: Die Enael wahren in ihnen selbstem / vnd in Gott / vnd nicht außserhalb Gott / der Ewige Gott hat sein Bildniß vollkommen geschaffen / das sie gleich sein / wie Er / vnd mit alles habe / vnd besitze wie Er / allein das sie nicht außserhalb Gott sein möge & c. Alibi dicit, Angelum juxta veram Angelicam substantiam esse ubique, juxta corpus verò assumptum, angelum qui est in Persiâ, non esse simul in Græciâ. Hæc falsissima esse alibi docetur: Sunt qui & Patribus sinistram imputant opinionem de ubi Spirituum

(a) Tract. d.
 Bon. & ma-
 lo in Ho-
 min. c. 7.

Tertul.

(b) T. 2. disp.
188. c. 5.
(c) disp. 35.
Met. s. 3. n.
46.
(d) T. 1. Tb.
Schol. disp.
5. q. 2. dub.
1. n. 6.
(e) Tract. 2.
d. Term.
Expl. c. 198.
(f) Inst. log.
l. 1. Tract. 2.
c. 7.
(g) Met. div.
c. 20. pr. 2.
(h) comm.
Met. c. d.
Intellig. p.
m. 221.

Tertulliano præsertim & Origeni. Ex *Scholasticis Durandus* Angelum ubique esse, ubi Deus est, affirmat. Modo tamen diverso, quia, Deus ut conservans & causa omnium in quibus est; Angelus verò ea tantum ratione, quia movere potest. Eodem modo concedit angelum esse posse in pluribus aliis mundis, si fierent à Deo. V. *Vasquez*, (b). In eadem opinione *Hervæus* fuisse testatur *Suarez* (c). *Thomas*, Angelos nusquam esse dicit, quando nullam circa locum operationem habent. &c. Vid, plu. ap. *Tannerum*. (d). *Armand. d. Bello Visu* (e) itemq; *D. Horstius*, (f) ubi Spiritus fin. reale esse negant, solumq; imaginatum statuunt. Eandem sententiam *Thomas*, *Cajetanus*, *Hervæus*, *Capreolus*, *Ferrariensis* &c. tuentur.

§ 2. Nos ut confusionem evitemus, de distinctis distinctè agemus. Duo sc. de Ubietate Spir. fin. dicuntur, (1) esse eam determinatam & finitam, non infinitam & indeterminatam. (2) esse eam realem, non imaginariam. Finitam esse paucis probamus. I. *Ab essentia finitate.* Cujuscunq; Spiritus essentia est finita, illius præsentia s. Ubietas quoque est definita. Sed Spiritus creati essentia est finita. E. Illius præsentia s. Ubietas quoq; est definita. Major extra dubium vera est. Nam modus præsentia, sequitur modum Essentia; Et quomodo se res habet in Esse, ita & in Esse alicubi. Unde rectè ab Essentia finitate ad finitatem præsentia, & ab Essentia Infinitate ad infinitatem præsentia. V. C. conf. *Plur. Rever. atq; Excell. Dn. D. Calovium Promotorem ac Præcept. meum perpetim colendum*, (g) itemque *Corn. Martini* (h). Minor quoq; certissima est. Sunt enim Spiritus hi; Angeli sc. & Animæ rationales, non à se, sed ab alio, tanquam fortiori, superiori & prævalentiori principio. Ens verò ab alio habet ordinem dependentia ad prius. At omne dependens est finitum. E. & Spiritus hi sunt finiti; h. e. habent entitatis suæ terminos; si non à parte POST, cum in essentia suâ sc. ab intra incorruptibiles & immutabiles dicantur; non quidem (1) ex sese, quomodo solus Deus incorruptibilis est; sed ex dono gratia aliena, per gratiam sc. creationis. Non (2) respectu potentia extranea nempe divina, quomodo non

non minus annihilabiles, quàm creabiles sunt; sed respectu po-
 tentiæ intrinsicæ, naturalis & creatæ, quæ nullatenus rem, vel
 ex nihilo producere, vel in nihilum redigere valet. Atta-
 men à *Parte Ante*. Sunt enim entia creata, non æterna. Hoc
 qui dicitur, lura, præter Unum, Infinita & prima ponit principia.
 Quot enim sunt æterna, tot infinita. Hoc verò neq; in naturâ,
 neq; extra naturam possibile est. V. *Scalig. (i) D. Jac. Martini (k)* *(i) Exer.*
 & *Exc. Dn. Præses (l)*, aliq; II. *Ab Ubi variatione & mutabili-* 359. f. 3.
tate. Quicumq; Spiritus, habito Ubi dimisso, non habitum *(k) Exer.*
 de novo acquirunt, illi utiq; non Ubiquitate infinitâ, sed defini- *Met. disp.*
 tâ & terminabili gaudent Ubietate. Sed Spiritus creati habito *12 § 2. § 3.*
 ubi dimisso, non habitum de novo acquirunt. E. Valet major, *(l) Tb. Tr. ãs.*
 quia consequentia à variatione & UBI, ad istius determinatio- *part. gen.*
 nem, valet. Unde nullatenus stare possunt, Ubiquitas, & Ubi *disp. 12.*
 mutabilitas, quippè se mutuò tollunt. Minor dubia non est. *ax. 8.*
Bernhardus (m) inquit: Angelos de Loco in Locum moveri, *(m) Serm.*
 tâm indubitata, quàm manifesta probat authoritas. Probari *f. in Cant.*
 potest tam ex Revelationis, quàm Rationis Lumine. Scriptu-
 ra pasim Angelos spatia variasse meminit. Es. 6. vers. 6. Unus
 de Seraphim ad Esaiam volavit. Luc. 1. vers. 26. 28. 38. Ange-
 lus Gabriel ad Mariam missus, legatione expeditâ iterum dis-
 cedit. Act. 10. vers. 3. Angelus ad Cornelium introivit.
 c. 12. vers. 7. Angelus Domini ad Petrum carcere detentum ve-
 nit, ipsumque vinculis liberatum eduxit. Plura Scripturæ Exem-
 pla Vid. *D. Brochmannum. (n)* Ex natura res est clara. Quicquid *(n) T. 1. loc.*
 est finitum, vivit, & nunc hic, nunc alibi operatur, illud utique *d. Angel. c.*
 habito ubi dimisso, non habitum de novo acquirit. Spiritus *2. q. 4.*
 creati, sunt finiti, vivunt, & nunc hic, nunc alibi operantur. E.
 Maj. firma. V. C. ab entis viventis & in variis spatiis operantis fi-
 nitate, ad ejus mobilitatem (termino sc. ab imperfectione li-
 berato). Sicut vicissim, ab Entis in omnibus spatiis simul ope-
 rantis, Infinitate & Immensitate, ad ejus Immobilitatem rectè
 colligitur. Sicque solus Deus quia infinitus, immobilis est.
 Angeli vero & Animæ Humanæ, quia finiti, suo etiam modo re-
 ctè mobiles esse dicuntur. Min. prob. Finitos esse spiritus
 Ange-

C

Ange-

Angelum & Animam Humanam antea probatum. Vivere spiritus fin. dependentes ipsorum operationes docent. Anima separata operationes suas non Physicè & materialiter, ut homo vivus, & anima per corpus vivum facere solet, sed hyperphysicè & immaterialiter exercet. h. e. non audit, videt aut olfacit, quæ sunt operat. vitæ corporalis, sed intelligit & vult, percipit etiam & sentit, beata quidem, cælorum gaudia; damnata verò infernales cruciatus. Eodem modo Angelis quoq; vitam competere dicimus. Unde vita spiritibus conveniens Hyperphysica & Spiritualis dicitur, estque principium vitaliter sese ab intrinseco movendi & perficiendi. Conf. hic *Clar. Dn. Henr. Nicolai* (o) Operationes suas, nunc hic, nunc alibi Spiritus hos exercere manifestissimum est. Anima nostra unita corpori intra corporis spatium tantum operatur. Separata verò deserendo corpus, extra illud in distincto $\pi\grave{g}$ à priori operatur. Angelus item, nunc in assumpto corpore, nunc extra illud; Satanas, modo acrem, modo homines, modo porcos obsessos variis suis inquietat operationibus. *Extipiunt* hic *Durandus*, *Thomas* aliq; Thomæ sequaces, Spiritus creatos non posse moveri nisi ad motum corporis, quo mediante, uti ipsis esse alicubi, sic quoque moveri dicuntur; sicuti E. planè accidentaliter Spiritus alicubi esse, ita quoque non nisi per accidens eisdem moveri statuunt. Vid. *Suarez* (p) Verùm Resp. Falsis ipsorum niti exceptionem hypothefibus. Nam (1) falsum est spiritus moveri ad motum corporis, potius corpus ad motum spiritus movetur, veluti materia ad motum formæ. (2) falsum est, spiritus mediante corpore tantum esse alicubi, propriè mediante finitâ essentiâ spirituali, finitum sibi Ubi definiunt. (3) Demus licet hoc ipsis, per accidens fieri motum hunc spirituum; Dent iterum necesse est nobis, illa quoque fieri, quæ per accidens fiunt. Habent. E. etiam causam efficientem à quâ fiunt. Per se verò Spiritus moveri patet. Nam (1) cum intentione moventur. Intendit sanè anima motum, cum corpus ex museo in auditorium promovet. Intendit eundem angelus cum spatia remotissima variat. Conf. hic *Excell. Dn. Sperling.* (q) (2) movent alia, nunc corpus, nunc Spirit-

o) Decad. 2
 miscell. disp.
 9. 0. 3. 57.

(p) disp.
 Met. 51. sect.
 3. n. 6.

(q) Instit.
 Phys. l. 2. c.
 9. 3. 7.

Spiritum. Verum; quicquid est principium motus in alio, id ipsum in se quoque movetur. Spiritus creati sunt principium motus in alio. E. Maj. est Scaligeri (r). Nititur canone hoc. Nihil dat, quod non habet. Communicatio enim, quæ respicit dationem & participationem ejus, quod pluribus commune est, absque communicantis aliquali possessione fieri nequit. Res in se est clara. Movens finitum, in moto naturali, dum movet, unâ movetur, sic anima movendo corpus, movet se ipsam. Idem de Angelis tenendum. Minor exemplo Animæ patet. Non enim locomotivâ pollet facultate corpus nudè spectatum. Patet hoc ex unionis, quæ corpori cum animâ intercedit dissolutione. Hâc absente corpus, veluti truncus immobile jacet. Pollet verò mobilitate ab animâ cum informatur. Brutorum formis in nihilum redactis sive perditis prorsus, cadavera ex anima humi motu destituta, procumbunt. Angelos quoque vim aliud movendi habere & Fide, & Naturâ tenemus. Nota ex Revelatione est Historia Tentationis Christi Matth. 4. vers. 8. Nota Philippi à Spiritu Domini transportatio. Actor. 7. vers. 39. Norunt fideles, animas ipsorum, quam primum exspirant, à beatissimis Mentibus, à corpore in sinum Abrahæ transferri. Naturæ exempla plurima occurrunt. Sagarum corpora reverà aliquando à Dæmone translata esse Historici narrant, confirmant Physici. Exempla varia annotant. B. Dn. D. Balduinus (s) & Camerarius (t). Ex dictis E. patet, Spiritus finitos & à se, & per se esse mobiles. Qualis vero hic sit motus, num successivus, an verò momentaneus, nostri jam non est institutum inquirere. Sufficit modò nobis, quod scilicet spatia sua variant Spiritus hi, quodque ob hanc ubi mutabilitatem, ejus quoque terminabilitatē concedendam esse, evicerimus. Dicimus interim brevissimè; Spiritus creatos posse se & alia movere, motione non Physicâ, sed Analogicâ h. e. non corporaliter & crassè, tarde ac cum impedimento & luctâ, prout materiata & divisibilia moveri solent; sed spiritualiter, subtiliter & quam celerrimè motu scilicet, inexplicabili, & in tempore quasi imperceptibili, non secus ac lumen & fulgur in momento quasi transit acrem

(r) Exerc. 359. f. 12.
 (s) Cas. Cõf. l. 3. c. 5. cas. 7
 (t) Cent. 1. Op. subcis. cap. 72. c. f.

aerem, ac ubique in quavis aeris parte est. Hâc ratione *Damas-
scenus, Nazianzenus* aliique Patres, angelos ubique impigrè ad-
esse dicunt, tum ob ministerii promptitudinem, tum ob naturæ
levitatem & pernicitatem. III. Denique Spiritus hos non nul-
libi, sed alicubi esse, in determinato π̄ prob. *Ab Exemplo-
rum varietate.* Ex Scriptura novimus, Animam separatam bea-
tam in π̄ beatorum esse, Ps. 139. Luc. 16. ubi cum Deo vivit, e-
jusque salutiferâ visione perpetuò exhilaratur. E contra; dam-
nata in ubi damnatorum esse Matth. 23. vers. 40. c. 25. vers. 41. ubi
cum Satana vivit, ejusque cruciatibus horrendis perpetuò sine
fine exagitur. Idem de Angelis tum Bonis, cum malis ex eâ-
dem Scripturâ tenemus.

(u) l. 5. met.
c. 15. q. 10 s. 2.
§. 3. Ubietatem Spiritus Fin. esse Realem & Prædicamenta-
lem breviter contra *Fonsecam* (u) *Bellovisium, Horstium, Thomi-
stas* hosque prob. 1. Quorum essentia est realis & prædicamen-
talis, illorum adessentia s. ubietas quoque est realis & prædi-
cam. Sed Spiritus creati essentia est realis & prædicam. E. &
Adessentia &c. Maj. fundatur in eo, quia modus adessendi, ef-
fendi modum sequitur. Minor est verissima. Certum
est, ipsis etiam Adversariis Spiritus finitos, quia entia realia, rea-
lem habere essentiam. At omnem essentiam finitam realem,
esse quoque prædicamentalem Logicis certissimum est. E. dum
Spiritus finiti essentiam dicunt realem, unâ prædicamentalem
dicunt. 2. Quicquid competit rei ante operationem intelle-
ctus, illud est reale. Alicubitas competit Spiritui finito ante
operationem intellectus. E. Maj. procedit à descriptione ge-
nuinâ Entis realis, quæ opponitur enti rationis. Min. constat.
Nobis enim non cogitantibus Angeli & Animæ nostræ sunt
alicubi. Errat ergo *Bellovisius* aliiq; cum ipso, i. dum dicunt,
Ubi Angelicum imaginarium tantum esse, h. e. cujus esse à solo
& in solo intellectu fingitur & pingitur, extra eum verò purum
putum nihil, & merum ens rationis est. *Conimbricenses* itemque
Fonsca hic excipiunt, dicuntq; Ubi Imaginarium non esse me-
rum ens rationis, propterea quia in ejusmodi à Deo quidpiam
creari & sisti possit, adeoq; habere aptitudinem ad ens reale.
Resp. autem à posse ad Esse N. V. C. Deinde immediatè sibi op-
ponun-

ponuntur Ens verum, positivum, reale, & Ens fictum, imaginarium & notionale. Illud ergo Ubi Imaginarium, vel habebit entitatem extra mentis cogitationem & ita erit aliquid reale, vel nullam habebit, nisi quam tribuit ipsi intellectus, & ita erit fictum & notionale, tertium hic velle dare est somniare. Errat 2. *Bellovisius* dum dicit omnem Ubietatem realem requirere quantitatem, extensionem, situm & distantiam, adeoque sola corpora sub Ubi prædicamentali contineri. Est enim Ubietas prædicam. designatio alicubitatis finitæ in re finita; non ergo corpora tantum, sed ipsi quoque spiritus finiti ratione præsentia eò pertinent, nec posse Angelos ratione Ubietatis, ad aliud prædicam. referri, quam ad UBI plur. probant *Tannerus* (x) & *Becanus* (y). Cætera, quæ hic objici possunt discursui reservamus.

POSITIO IV.

Spiritus finiti pluribus UBI simul adesse detrectant.

§. 1. Ubietatis spiritualis finitatem & realitatem præcedenti dedimus demonstratam positionem. Multipræsentiam ipsis hæc denegamus. Tribuunt eam geniis per naturam *Weigeliani*, quorum opinionem pos. 3. §. 1. enarravimus. Inter Scholasticos *Durandus*, *Hervæus*, *Ferrariensis in Thomam*, *Cajetanus*, *Dionysius Cisterciensis*, *Marsilius*, *Scotus*, *Gabrie* eandem fovent sententiam ap. *Tannerum* (a).

§. 2. Probaturi nostram positionem hæc exhibitam sententiam, præmittimus distinctionem, inter UBI Adequatum & Inadequatum, Totale & Partiale. Separatum s. dissitum & propinquum s. continuum. Item; inter Potentiam supernaturalem & Naturalem. Distinctis ergo rem proponemus conclusionibus. Dico 1. Spiritus finiti per naturam & suâ ipsius potentia possunt simul esse in pluribus UBI partialibus inadequatis & propinquis. Anima enim humana informando corpus, naturaliter adest tota omnibus corporis particulis, ut postmodum patebit. Sic Angelus

(x) T 1. Tb.
Schol. disp.
5. q. 2. dub.
2. n. 6.

(y) Part. 1.
theol. schol.
Tract. 3. c. 1.
q. 5. concl. 2.

(a) Tom. 1.
Theo. schol.
disp. 5. q. 2.
dub. 4. n. 3.

(b) Part. 1.
disp. Theol.
disp. 5. sect.
2. §. 25.

(c) P. S.
part. 1. sect.
3. c. ult. q. 2.

pro Ubi sibi definiens auditorium aliquod vel totum museum adest simul pluribus spatiis inadæquatis & partialibus. Nam totus adest illi Ubi, quod est propè cathedram, totus illi quod propè fenestram, januam vel aliam partem auditorii est. Partes enim illæ loci plura loca inadæquata sunt, ex quibus unus adæquatus componitur, ut loquitur. Dn. D. Hornejus (b) Eadem ratione corpus humanum quoq; in pluribus simul locis per naturam locari potest. Spatium enim quod occupat, in multa partialia Ubi dividuum est, sic aliud ubi caput, aliud pedes, aliud manus occupant. Propriè autem ita unum idemq; corpus in pluribus particulis terminantibus, unum locum totalem & adæquatum in uno toto constituentibus, esse dicimus. Conf. hic Dn. D. Meisner. (c). Notanter, *propinquis & continuis* diximus. Nequit enim Spiritus finitus per naturam simul multis Ubi partialibus & inadæquatis discontinuis adesse: quod animæ exemplo patet, quæ plures corporis partes inter se disitas planè v. gr. digitum à manu & manum à brachio separatam, informare nequit. Sic neq; Genii spatia discontinua simul sibi definire queunt. *Dico II. Spiritus finiti naturaliter in multis Ubi totalibus, adæquatis, sive continuis s. discontinuis simul ubicari nequeunt.* Ipsorum in essendo finitatem, spatiique variabilitatem supra probavimus. Proinde, cum adessendi vis, semper sequatur perfectionem essendi, nulla creatura de se multi-vel Omnipræsens esse potest, cum hæc perfectio sit infinita, & propterea soli infinito enti propria. Unde *Basilius* inquit: Angelus qui adstetit Cornelio, non erat simul ap. Philippum. Et *Didymus* ait: Angelus qui aherat Apostolis in Asia, non poterat simul in aliis regionibus existerè. Totale & adæquatum Ubi dicimus, quod adæquat ipsam vim & facultatem existendi alicubi ex parte ipsius ubicati. Unde prorsus impossibile est, ut ubicatum spirituale in adæquato & totali Ubi constitutum, illud ipsum excedat h. e. ut vel majus ipsi continuum, vel aliud ipsi plane discontinuum & disitum, sibi designet & occupet. Sic v. g. Genius, qui toti adesse auditorio tanquam loco adæquato, nequit simul esse in areâ collegii, quippe quæ separata est ab ipso collegio.

gio. Si enim semel distantia licet exigua non impedit, nulla tandem etiam maximè disrita locorum distantia impedit, quin angelus pluribus disritis ubi adesse queat, & sic angelus simul in coelis & in terrâ poterit esse adeoq; infinite præsens, quod absolum. Conf. *Mendoza. (d)* Ipsum verò Ubi intelligentiarum adæquatum pro perfectionis substantialis & naturalis diversitate diversum esse, ita ut Angelus qui est majoris perfectionis præ altero, majus quoq; ubi sibi definiat, & qui minoris, minus, illudq; naturaliter nullatenus excedat, probat *Tannerus plur. (e)* Quod autem in distinctis nonnunquam Ubi simul aut operari aut esse videantur genii, hoc evenit propter subitum eorum ab uno corpore in aliud transitum & motum, multo quidem celeriore, quam momentanea luminis per totum mundum fiat diffusio, aut fulguris apparitio, ut inquit *Stapulensis (f) III. Spiritus finiti pluribus simul spatiis adæquatis & totalibus, discontinuis & continuis per supernaturalem potestatem adesse possunt.* Ratio asserti est; Quia nulla adduci potest ratio, quæ probet veram & realem hoc implicare contradictionem, respectu vel divinæ Potentiæ, vel finitæ spiritualis essentiæ. *Non ex parte divinæ Potentiæ.* Plura enim superabundanter Deus potest, quàm nos valemus vel petere vel concipere. Ephes 3. vers. 20. Suntq; divinæ potentiæ posibilia, impossibilia Naturæ. Luc. 1. v. 37. Deiq; infirmitas major nostrâ potestate est 1. Cor. 1. v. 25. Potest secundum operationem suam omnia sibi subjicere Phil. 3. vers. 21. Estq; Author Naturæ, quippe fecit eam esse, cum nihil esset, quare supra & contra eandem interdum agere non Ipsi est impossibile. Possunt enim ea quæ naturaliter ab aliquo profluunt, inhiberi ab Eo, qui supra Naturam omnia potest, ut non profluant. *Neq; ex parte ipsius Angelicæ Essentiæ;* Nihil enim nominari potest, cujus respectu Spiritus finiti, per infinitam virtutem, in pluribus simul UBI ubicari nequeant. Tria obstare videntur iis, adversam qui partem tuentur, sc. Spiritus creati, Unitatem, Finitatem & Alicubitatem. Sed nihil horum officere quicquam breviter prob. Non Unitas ut sic; Quia Deus & summè & perfectè Unus est, quem tamen propterea Omnipræsentem non negant.

(d) *met. disp*
12. *sect. 6.*

§. 59.

(e) *c. l. 2. asser*
sert. 4.

(f) *comm.*
in lib. 1. d.

O. F. c. 17. D.
masc.

gant. Non Finitas; Angelus enim talis, limitatam retinet
 essentiam, non enim immensus & infinitus evadit, quæ sunt
 attributa ipsius Dei essentialia, & soli Deo competunt. Adef-
 sentiam verò virtute principii supernaturalis illimitatam adi-
 piscitur. Non verò implicat, Angelum essentialiter finitum,
 per potentiam Dei absolutam, multis simul ubi adesse. Nec
 deniq; Alicubitas terminabilis obstat, Servat enim Angelus
 ejus naturalem ad unum Ubi terminabilitatem, tanquam mo-
 dum essentia angelicæ intimè inclusum, & ab eâ inseparabilem;
 licet ipsam Ubicationem actualem in uno, & terminationem ad
 unum de facto & ipso actu per eum qui supra Naturam est, &
 cum vult, operatur, non retineat. Accedit & hoc argumenti:
 Probant Nostrates Theologi & Philosophi contra Calvinistas,
 Papistas & Photinistas, posse corpus per absolutam Dei potentia
 citra ullam contradictionem simul in pluribus locis locari.
 Quod cum sit verissimum, ita, ut quidam ex ipsis Adversariis fa-
 teri cogantur, multa, quæ ratio ἀτομα καὶ ἀδιύατα existimet, à
 Deo sapientissimè fieri posse, *ipsorum verba & testimonia plur. vid.*
citata ap. Clar. Dn. Henr. Nicolai (g); Sequitur, Spiritus finitos ma-
jori facilitate, ob summam essendi subtilitatem, movendi agi-
litem, & velocitatem, partium, molis, quanti-
tatis & extensionis carentiam &c. Virtute divinà, in
pluribus simul spatiis ubicari posse. Pluribus hâc de re con-
sule Ingeniosissimos Philosophos Dn. Cornel. Martini (b). D. Calo-
vium (i) Dn. Henr. Nicolai (k) Confer Tannerum (l) & Vasquium
(m).

(g) Tract. d.
 Multipre-
 seotia §. 30.
 (b) de Anal
 mater. c. 6.
 (i) met. div.
 c. 8. §. 5. p. m
 398.
 (k) Tract. d.
 Ess. Alic.
 sect. 3. §. 10.
 (l) T. 1. disp.
 2. q. 4. dub.
 3. assert. 10.
 (m) comm.
 in Thom. T.
 3. disp. 190.
 cap. 3.

POSITIO V.

Ubietas Spiritus Finiti, illimitata s. in-
 determinata est, non ratione magnitudi-
 dinis s. Longitudinis & Latitudinis, sed ra-
 tione parvitatatis.

§. 1. Va.

§. 1. Variè hic iterum à variis sentitur nec voto vivitur uno. Ex Veteribus *Hibernicus* Angelorum Ubi sphaericae figurae tantum esse statuit, quem secutus est *Bassolis* ap. *Vasq.* (a) *Gregor. de Valentia* putat Angelum substantialiter non nisi sibi adæquato ubi adesse, ita ut nec in majori, nec in minori esse queat. *Scotus* itemq; *Vasquetz* c. l. suam profitentur ignorantiam remq; dubiam & incertam relinquunt. (a) c. l. disp. 191. c. 1.

§. 2. Duo possit. hâc dicimus. 1. Determinatam esse ubi-tatem Spiritus finiti ratione magnitudinis. 2. Indeterminatam ratione Parvitas. Prius patet. Non enim de se quovis maximo spatio adesse possunt. Si hoc; sequeretur unum Angelum toti huic universo simul adesse posse, & ita esse omnipræsentem, quod absolum vid. pos. 4. Quanta verò præcisè sit amplitudo & latitudo, quam sibi ad summum spiritus hi assignare queant, nemo facilè definit. Tantam eam putamus, quanta ipsorum est activa potestas. Melius hic est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. Posterius constat. Nulla enim prægnans ratio dari potest, quæ certum parvitas terminum spiritui finito ut sic, præfigat. Substantia ipsorum quia spiritalis, in se quoq; indivisibilis est, adeoq; non solum toti adsunt toti spatio, sed etiam toti in quavis minimâ spatio particulâ ut postmodum videbimus. Quare nil obstat, quin Angelus suam essentiam quovis puncto etiam indivisibili, pro suâ libertate, possit applicare. Hâc ratione dicimus naturaliter integram demonum legionem, unum hominem obsidere potuisse. Potest res præterea dilucida reddi, exemplo animæ humanæ, quæ ipso statim conceptionis die exiguæ seminis massæ in uterum conjectæ tota per essentiam adest, & ex paucillis illis guttulis suum architectatur domicilium. Deinceps eadem anima tota, essentialiter adest corpori infantis, pueri, adolescentis, juvenis, viri, adulti &c. non quidem mutatione *productivâ*, quasi essentia ipsius animæ, aliqua pars de novo accresceret; sed *Adductivâ*, quâ sc. anima ampliori materiæ se insinuare, & ad ejus magnitudinem virtualiter se extendere potis est. Vid. *Dn. D. Danbayer.* (b). Quare anima etiam ut forma spectata fines præsentia

(b) Coll. Psychol. disp. 1. contra tr. 4.

D

ria quodammodo illimitatos agnoscit, non præcise ad tale vel tantum spatium determinatos, utut, hâc ratione quoad informationem, spatiique vel majoris vel minoris designationem à materiæ, quam informat, magnitudine pendeat. Absolute v. & in se spectata anima humana, quovis punctuali spatio de se citra ullam repugnantiam, pro lubitu adesse potest. Nihil obstat hic, quod spiritus finitus, in puncto non possit operari; Non enim per operationem, sed per substantiæ suæ designationem activam formaliter alicubi sunt, ut seq. posit. dicemus. Reliquas Scholasticorum objectiones prolixitatis evitandæ gratia omittimus. Refutarunt easdem pluribus *Tanner. (c) & Dn. Henr. Nicolai (d).*

(c) T. 1. disp.

5. q. 2.

dub. 4.

(d) c. l. §. 14.

POSITIO VI.

Finitum Spirituale spatiis adesse dicimus, per modum adessendi verum & realem, non habitudinalem tantum & virtua-

§. 1. In quonam formaliter Spirituum finitorum ubietyas consistat, multis sententiarum divergiis à *Scholasticis* est agiturum. Octo opiniones recensuit *Tanner (a)* cum quo conferri potest *Vasquez. (b)* itemq; *Suarez (c)*. Duæ cum primis inter se de nobilitate certant. Altera *Thomistarum* communiter est, & dicit Spiritum finitum formaliter esse alicubi tantum per operationem transeuntem. Altera eundem formaliter alicubi esse statuit, per substantialem approximationem. Estq; hæc sententia receptissima ap. *Scholasticos*, ita quidem, ut contrariam sententiam erroneam & hæreticam judicet *Vasquez*. Eandem quoq; nostram modò fecimus.

§. 2. Probamus hanc ipsam. 1. Si datur Ubietyas Spiritus finiti absq; transitivâ operatione, sequitur eorum esse alicubi non formaliter consistere in tali operatione. Sed verum prius. E. & posterius. *Maj.* patet, quia formale rei à re ipsâ non potest separari salvâ re manente. Formalis enim ratio notat quiddi-

tatem

(a) c. l. q. 2.

dub. 3.

(b) disp.

187. c. 1.

(c) disp. met.

51. sect. 4.

tatem rei ultimò conceptam, perquam res à re adæquatè distin-
guitur. *Minor* exemplorum inductione probatur. Cum ve-
rò omnis probatio fiat à notiori Animæ Humanæ exemplum ad-
duco. In Ecstaticis quorum sensus externi ad interna revocati &
conversi nihil vel patiuntur, vel extrinsecus operantur, ita ut
mortui videantur, anima reverà adhuc adest, feriatura. ab o-
mni operatione transitiua. Sagas, oleo quodam ipsis à Satana
suppeditato, illinitas, in profundissimum quendam somnum
ecstaticum incidisse, ita ut nulla planè extrinseca operatio in
illis animadverti potuerit experientia non rarò probavit. Reve-
rà verò animam ipsarum corpori adfuisse, constat, quia non
fuere mortuæ, à totali enim privatione, qualis mors, ad habi-
tum per naturam nullus datur regressus. Igitur anima etiam
corpori adhuc unita, alicubi est, ubi ad extra nihil operatur.
Anima quoq; Separata, tam Beata, quàm Damnata, quia non est
nullibi, neq; ubique, alicubi est; Beata in ∞ beatorum ubi
summâ fruitur beatitate; Damnata in ∞ damnatorum, ubi justis-
simæ iræ subjacet, & desperando quotidie moritur, ac intentissi-
morum dolorum acrocitatem à Deo tanquam iudice justissimo
immissam, sentit, neutra a. quicquam ad extra operari dicitur.
Si fortè transitive aliquando operari videantur, rarò non sem-
per hoc fit, quare nec formalis ratio Alicubitatis spiritualis talis
operatio dici poterit, cum formale rei à re ipsâ citra contradi-
ctionem divelli haud possit. In Geniis tam bonis, quàm ma-
lis idem observare licet. Angelos Bonos in cœlo coram Do-
minantium Dominatore semper stare, ac faciem ejus intueri, fi-
de scimus. Eos præcisè ibi per virtutem operativam ad extra
esse, dici non poterit. Dicunt quidem Angelum in cœlo exi-
stentem, custodire nos in terrâ; Sed respondet. *Vasquez.* (d) id (d) *disp.* 188
solo intellectus attentione & desiderio voluntatis fieri. Talis c. 3.
verò custodia Angelum in cœlis præsentem, ipsum in terrâ, non
constituit. Posset enim eadem ratione unus angelus attentio-
nem suam circa totam hanc universalitatem habere, & ita toti
mundo esse præsens, quod absurdum. Nota quoq; ex Sacris est
Angeli Gabrielis ablegatio ad Dei Genetricem, qui hâc expedi-
tâ, nihil

id, nihil amplius operatus est extrinsecus, nihilominus tamen
realissimè fuit alicubi, sc. Nazarethæ in ædibus beatæ Mariæ.
De malis geniis res evidens est. Innumerabilibus aerem esse
repletum Diabolis extra dubium est. Omnes autem virtutem
suam operativam ad extra semper exerere, credibile non est.
Integram Dæmonum Legionem, more Legionum Romano-
rum, sex mille, sexcentis & sexaginta sex Diabolis constantem,
unum obsidisse hominem. Luc. 8. vers. 30. legimus. Omnes
autem *simul fuisse operatos*, nulla evidens probat ratio. Deniq;
præced. posit. probavimus, posse Angelum per naturam in quo-
libet etiam punctuali s. indivisibili spatio esse. At in puncto
Angeli operatio transitiva recipi nequit, nec talis operatio circa
punctum ullo modo explicari potest. Proindè dicimus, posse
Spiritus Finitum alicubi esse per essentiam, ubi nihil extrinse-
cus operatur per potentiam. II. Si transitiva operatio formali-
ter ipsa est Ubietas Spiritus finiti, sequitur vel Spiritus finitos
semper externè operari, vel cessantes à tali operatione, alicubi
non esse. Sed neutrum ex his posterioribus est verum. E-
neq; prius erit verum *Major* in se clara est. *Minor* quoq; proli-
xa non indiget probatione. Non enim semper transitive o-
perari spiritus, paulò ante probatum. Nec cessantem spiri-
tum à tali operatione alicubi esse negari citra absurditatem po-
test. Si enim non esset alicubi, vel Ubique, vel Nullibi esset.
Non prius; Talis enim ad essentiam, Essentiæ divinæ tantum com-
petit. Non posterius; Quia Ubietas est comes necessarius
omnis entis finiti actualis, in quantum ens est. Quare Spiritus
hi, cum sint entia finita realia, actualia, necessariò alicubi sunt,
non nullibi; siquidem quod nullibi est, ne est quidem. III.
Quicquid per operationem est alicubi, illud etiam per suam
substantiam est alicubi. Spiritus finiti, juxta Adversantes, per
operationem sunt alicubi. E. etiam per suam substantiam.
Maj. patet: Quia ab actu secundo, qui ipsa est operatio, ad a-
ctum primum s. entitativum, qui ipsa rei essentia est, licet af-
firmativè argumentari. Ordine enim interrupto hæc tria *Esse*,
Posse & Operari, ex communi sobriè philosophantium opinione,
scin-

se invicem sequuntur. Operatio, potentiam, potentia Essentiam præsupponit. Sic positâ volitione, Voluntas, Ratiocinatione, Intellectus ponitur. Ita quoq; animæ operatio in semine, testatur de ejusdem in semine substantiali præsentia. V. *Excellent. atq; Experient. Dn. Sperling.* (e) Similiter operatio Angeli in aere &c. ejus substantialem propinquitatem necessario infert. *Minor* ipsis etiam adversariis certa est. *Excipit hic Ferrariensis* (f), Operari quidem præsupponere esse, non tamen operari in loco (ut loquitur) præsupponere esse in loco, in spiritualibus. Sicut, licet quantitas præsupponat substantiam in quâ sit, non tamen quantitatem contingere locum, præsupponit substantiam contingere locum. Sed vice versa. Resp. Sicut operari semper præsupponit esse, ita quoq; præsentia operationum in ubi determinato, præsentiam entitativam semper in eodem ubi præsupponit. Ipsum enim Esse naturâ prius est, quàm operari, & Esse alicubi necessaria in agente conditio est, prærequisita ad alicubi operandum. Nec vel cogitari quidem potest res, quæ extrinsecus operetur, & tamen præsentiam vel *indistantia* h. e. veram, realem & essentialem, vel *influencia* h. e. analogicam & habitudinalem, non habeat. Non hic sed ille adessendi modus spiritibus competit. De quantitate quæ affert, concedimus. Verum est, substantiam corpoream non quâtalem, sed quâ dimensionam & quantitativam verè esse in loco. At nihil hâc ratione concludit. Nam maxima in exemplis est, disparitas N. V, Substantia Physica quantitate destituta non est in loco propriè dicto. E. Neque substantia pneumatica per solam essentiam, citra ullam operationem spectata alicubi est. Non enim de naturâ immaterialium, ex rebus materiâ præditis judicandum. Imò corpora talia, quantitate destituta, quia finita entia necessario tamen per suam entitatem erunt alicubi. Similiter spiritus, cessans ab omni operatione, per solam essentiam hic vel ibi adesse poterit. *Dicunt alii:* Spiritus quia sunt in loco, vel sunt in loco per contactum quantitatis, vel contactu virtutis. Non priori modo, sunt enim spiritus, qui omnem quantitatem respuunt. E. posteriori modo, & ita per operationem tantum sunt alicubi, cum contactus virtutis nil aliud

(e) *Tract. d. form. hom.*

c. 2. q. 1.

(f) *l. 3. cont. Gentil.*

c. 68.

(g) l. 1. d. O.
F. c. 17.

(b) disp.
188. c. 2,

(i) c. 1. c. 1.

(k) Part. 1.
Th Schol.

Tract. 3. c. 1.
q. 5. concl. 1.

(l) l. 2. d. A-
nim. c. 7.

lit, quam ipsa operatio. Verum Resp. concedendo Angelum per virtutem reverà esse alicubi, sed non tantum, neq; semper. Non enim semper externè operantur, cum tamen semper sint alicubi. Nec per solam virtutem ibi sunt, ubi operantur, sed per substantiam virtute præditam. Virtus enim nunquam extra suum subjectum est, quare præsentia virtutis, testatur de essentia adessentia. Rectè *Damasceus* (g): *Ideo angeli & alibi operantur, quia hic & alibi sunt, & diversa loca transeunt.* Prius ergò est locis adesse, eademq; transire, quàm ibi operari conf. *Vasquez* (b), quod ipsum confirmat *Scotus*, dicens; Limitatæ virtutis agens, necessariò debere esse præsens, ut operetur, ac proinde Angelum prius naturà in loco esse, quàm operetur in eo.

§. 3. Ex Scholasticis *Gabriel*, *Occam* & *Hervæus* apud *Vasquium* (i) statuunt, Angelum posse operari, ubi tamen per substantiam suam præsens non est. *Becanus* (k) quoq; aliiq; recentiores, eandem amplectuntur sententiam, sc Angelum aliquem certam activitatis spheram habentem, intra illam posse in distans operari, ut sc. per essentiam in aliquâ spheræ parte sit, per potentiam verò operativam in omnibus spheræ partibus. De animâ Humana *Albertus* (l) hanc fovet sententiam; Inquit, Animam secundum suam essentiam residere in solo membro præcipuo, in aliis verò partibus animæ substantiam non inesse, sed solùm facultates diversas, quæ ad illas à corde transmittuntur, indeq; Cor appellat organum essentia animæ, alias verò partes, organa facultatum. Confirmant hanc suam sententiam exemplis ex naturâ petitis. Dicunt; Hopliatricum s. Unguentum Armarium per 12 vel 20 etiam milliaria, absentium vulnera sanare, si sc. ferrum quo absens vulneratus, eo inungatur & circumligetur, idq; peritiores statuere Spagyricos. Torpedinem piscem, torpedinem & stuporem, etiam per hamum, chordam vel arundinem in manum aut brachium piscatoris immittere. Totum etiam syderum exercitum, præprimis Solem & Lunam reales operationes, in inferiora exercere, cum tamen substantialiter absint. &c. Exinde ita inferunt. Si in agen-

agentibus corporeis hoc procedit, quod nempe agant in distans,
intra certos terminos etiam sine medio, multò magis id Spiritui
finito concedendum. Sed verum ipsis est prius. E. & poste-
rius. Sed Resp, minorem vacillare, & probationem ejus
ab exemplis naturæ petitam esse nullam. De hopliatrico quæ
dicuntur, nullo nituntur fundamine. Vulneratum per 20 &
ultra milliaria absentem, virtute hujus ungenti posse sanari,
ipsum licet unguentum quâ substantiam absens sit, mera prin-
cipii petitio est, quare probandum hoc ipsum suis relinquimus
authoribus. Nos præter corporeum, virtutis quoq; huic un-
guento cum ægro, contactum denegamus. Nam (1) Potest vir-
tus, hæc, variarum rerum interjectione, in tantâ ægri distantia
impediri, quo minus ad ægrum pervenire, & vulnus tangere
queat. (2) Spiritus illi sanguinis, quamprimum aeri libero ex-
ponuntur, evanescent, nullus ergò, sanguini, quo telum vel
gladius est illinitus, spiritus adest. Nec (3) possibile est, so-
lam virtutem talis unguenti, posse vulneratum restituere.
Virtus enim semper suum præsupponit subjectum, sicuti acci-
dens suam substantiam, cui inhaeret, quare nullatenus alicubi
poterit existere virtus, ubi non simul ipsum existat subjectum.
Torpedinem manum piscatoris stupefacientem, per solani
qualitatem id præstare, negamus. Rectius per effluvia, quali-
tate hæc stupefaciendi imbuta, fieri dicimus. Emissa verò hæc
corpuscula è corpore ipsius piscis, & corpori piscatoris per arun-
dinem immissa, non afficere & lædere arundinem vel hamum,
quem manu comprehendit piscator, læsâ tamen ejus manu,
mirum non est. Non enim habilis, capax, & ita disposita est
arundo, veluti manus ipsius piscatoris, ad talem affectum, qua-
lis stupor recipiendum. Syderum stupendam in sublunaria
virtutem, omnes admiramur. Sol quemvis mundi angulum
illuminat, suamq; virtutem ex cælo altissimo, in profundissi-
mos terræ sinus diffundit. Colligit & attollit humores Hu-
morum Domina. Præsentiam verò ipsorum in terris esse realem,
quippe quæ essentia propinquitatem poseit, negamus. Illu-
minatio Solis & Lunæ accidens spirituale & intentionale est, non
reale.

reale. Potest illud à subjecto suo egredi, & ferri in distans. Hoc semper, in & cum suo subjecto existit: De humorum elevatione in plenilunio, & remissione in novilunio, idem tenendum. Ratione sc. luminis lunaris crescentis vel decrecentis, sublunaria nunc abundant, nunc carent humoribus. Lumen autem cum sit intentionalis qualitas Vid. *Excell. Dn. Sperling*, (m) potest alicubi esse, ubi subjectum suum non est; Et sic dari actiones in distans, si sc. medium actionis & effectus producendi capax sit, nulla lis est Physicis. Ex dictis E. patet, nihil pro sententiæ suæ probatione, facere exempla allata. Hypothesis illa adversariorum, quâ sc. autumant, posse aliquid, per realem quantitatem alicubi operari, ubi substantialiter non sit præsens, æquè falsa est in corporalibus ac in spiritualibus. Proinde cadit tota ipsorum argumentatio. *Alberti* sententiam esse falsissimam, ex sequenti patebit positione. Reliquas Scholasticorum rationes discussit pluribus *Tanner* (n) & *Dn. Henr. Nicolai* (o).

(m) *Inst. Phys. lib. 3. c. 5. q. 6.*

(n) *c. l. disp. 5. q. 2. dub. 3*
(o) *Tr. d. Ess. Alic. sect. 3. §. 18. seq.*

POSITIO VII.

Ubietas Spiritus Finiti impartibilis est.

§. 1. Litigiosa valdè quæstio est, an Spiritus finitus, qualis Anima Humana est & Angelus, impartibiliter spatiis adsint, h. e. ut totus sit in toto, & totus in qualibet spatii particulâ. De anima humana hæc cum primis disceptantur. E. *Calvinianis*, *Timplerus* (a) falsum esse dicit, animam rotam esse in qualibet parte corporis. *Wendelinus* (b) inquit: *Una numero & simpliciter forma indivisibilis & inextensa, qualis est anima rationalis, non potest esse simul in singulis organici corporis partibus &c.* *Alberti* sententiam præced. posit. §. 3. enarravimus. Aliorum nomina brevitate ergo omittimus.

§. 2. Affirmativam quæsti nos cum sanioribus philosophis defendimus. Cum autem distinctissima simul hic involvantur, distinctis quoq; assertionibus rem omnem expediemus. *Affert. I. Spiritus Finitus non rigorosè & positivè sed analogicè aut equivocè*

(a) *l. 2. met. c. 5. q. 6.*
(b) *cot. phys. sect. 1. part. 1. c. 2. §. 4. § 9.*

equivocè & negativè tantùm, nobis totus dicitur. Diximus non
rigorosè & positivè h.e. ut partes habeat, non enim habet requisi-
 ta Totius propriè dicti. Juxta *Thomam* duobus potissimum,
 propria Totius ratio absolvitur. (1) ut per partes constitua-
 tur. (2.) ut in ipso toto istæ partes sint unum per realem unio-
 nem. At nec partes tales, nec talis partium unio in Spiritu fi-
 nito conspicua est. Constat hic essentiâ & potentiis. Poten-
 tiæ vero cum non constituent subjectum in esse substantiali, sed
 ut extrinsecum quid tantùm afficiant, non erunt partes, quæ ali-
 quid sunt totius, totumq; perficiunt, sed accidentia, quæ es-
 se suum habent in alio, ita ut non sint ejus pars. Vid. *Plur. Rever.*
& Excell. Dn. Præses (c). Quare cum nullas spiritus hi admit-
 tant partes, neque Toti propriè erunt dicendi. Nam Totum
 Metaphysicis illud est, quod continet partes, ut sint unum.
 Damus interim totum dici posse & Angelum & Animam no-
 stram *analogicè* aut *equivocè & negativè h. e.* ita ut non habeat
 partes extra partes. Admittunt, enim compositionem non
 quidem *Physicam* & crassam, ipsorum enim natura libera est ab
 omni corporaturâ sive illa sit crassa, sive subtilis; sed *Logicam*,
 ex conceptu determinabili & determinante s. generico & dif-
 ferentiali; & *Metaphysicam* ex subjecto & adjuncto, ex naturâ
 & supposito, ex esse essentiâ, ex actu & potentiâ &c. Nam
 omne creatum suo modo compositum Vid. *Excell. Dn. Præses*
(d). Ex his ergo quasi partibus Spiritus finitus constare dici-
 tur. Partes autem hæ non nisi per proportionis analogiam
 tales sunt, quare & Totum tale erit, juxta maximam Metaphys.
 Quales sunt partes, tale totum. *Dices:* Omne ens reale propriè
 vel est Totum vel Pars. E. & Spiritus hi propriè vel Totum vel
 Pars erunt. Resp. Antecedens universaliter verum non est.
 Nam Deus revera est Ens, nec tamen vel totum, vel pars est.
 Carentia enim partium, dat huic Toti essentiâ. Procedit
 saltem de entibus compositis compositione propriâ, & sic valet
 illud; Quicquid non est compositum, non est totum. Non
 verò de compositis compositione analogicâ, quomodo compo-

(c) Theo.
 Trāsc. part.
 spec. disp.
 6. §. 12.

(d) c. l. part.
 Gen. disp.
 15. q. 1.

E
liti

(e) An.
throp. phys.
proem. c. 2.
expl. ad
pr. 2.

Hi dicuntur Spiritus finiti. Conf. hic Excell. Dn. Sperling. (e)
Assert. II Spiritus Finitus totus, toti adest spatio, quæ essentiam æ-
qualiter, inæqualiter quæ potentiam s. operationem transeuntem.
Tria hic dicuntur (1) Spiritum totum esse ubicunq; est. (2) Toti
adesse spatio per essentiam æqualiter, non verò (3) semper per
potentiam s. operat. transitivam. Primum probatum damus
ratione syllogismo inclusâ. Cuicumque repugnat habere par-
tes, illud secundum partem alicubi esse nequit, sed totum est
ubicunque est. Spiritui finito repugnat habere partes. E. se-
cundum partem alicubi esse nequit, sed totus est ubicunque est.
Major in se clara est. Minor antea probata. Spiritus enim
finitus expers est omnis extensionis. V. autem C. ab inextensibili-
tate ad indivisibilitatem cum essentia, tum præsentia. Secun-
dum prob. Quicumq; Spiritus toti adest spatio verè & realiter,
ille quoque toti adest spatio per essentiam æqualiter. Sed
Angelus & Anima rationalis toti adest spatio verè & realiter.
E. Maj. certa est. Vera enim & realis spiritus adessentia, ejus-
dem essentia æqualem requirit propinquitatem. Sic Angelus
qui reverâ adest toti museo, æqualiter per essentiam omnibus
particulis musei adest. Anima item humana æquè in pede,
digito, oculo &c. verè & realiter est, quàm in corde. Quare per
essentiam suam æqualiter illis quoque adest. Minor est veris-
sima, cum primis quoad exemplum de Animâ Humanâ. Hanc
verè & realiter toti corpori s. omnibus corporis membris adest
se duplici ratione probamus. (1) Ubicumque verè & realiter
vita est, ibi ipsa quoque anima verè & realiter
adest. Sed in omnibus corporis membris verè & realiter vita
est. E. Maj. firma est. Vita enim cum nec animæ facultas,
nec accidens, nec substantia alia ab animâ realiter distincta sit,
necessariò ipsa erit anima essentialiter. Unde ne concipere
quidem possumus animam sine vita. *Divis*: dupliciter sumi
vitam; *nunc* pro actu primo h. e. essentialiter & substantialiter,
& ita ipsam esse animam: *Nunc* pro actu secundo h. e. acciden-
taliter pro operationibus vitalibus, & ita esse aliquid ab ipsâ ani-
mâ distinctum, Posteriori modo sumptam omnibus adest
corpo-

corpore partibus; priori verò in solo tantum corde esse. Resp. Vitam æquè ac ipsam animam, nunc pro primo, nunc pro secundo actu capi, concedimus. Quomodo vivere vel animatum esse semen non secundo, sed primo actu, Physici peritissimi docent. Neq; vitales operationes, ab animæ operationibus diversæ sunt. Vitam autem accidentaliter tantum per omnia corporis membra esse diffusam; Substantialiter verò in solo existere corde, falsissimum est. Probandum est, posse accidens reale extra suum subjectum existere. Potius inde, quia vitæ accidentia & operationes ubique in toto sunt corpore, vitam ipsam, quæ substantiam suam, ubiq; etiam esse, colligere licet. A præsentia enim actus secundi, ad primi præsentiam V. C. Minor certissima. Nam non cor solum, sed cerebrum quoq; caput, pedes, brachia manus &c. verè vivunt. Actus formæ enim ad omnes subjecti partes se habent æqualiter. Quare (2) argumentor. Quicquid intimâ permeatione totum corpus humanum inhabitat, actuat & animat, id suam essentiam quoque toti corpori realiter communicat. Anima humana intima permeatione totum corpus humanum inhabitat, actuat & animat. E. suam essentiam quoq; toti corpori realiter communicat, & per consequens omnibus corporis partibus essentialiter adest. Maj. constat. Arctissima enim & permeabilis unio, non est sine mutuâ unitorum reali præsentia. Vid. *Plur. Rever. & Excell. Dn. D. Calovium.* (f) & si esset, frustranea foret. Minor est certa. Anima enim humana corporis humani forma est, quæ per modum actus præbendo s. communicando seipsam corpori, illud informat, actuat & animat, & cum eo compositum constituit. Tertium deniq; iterum animæ humanæ exemplo patet, quæ ubiq; quidem per essentiam suam æqualiter in corpore existit, ratione verò informationis, & functionum suarum inæqualiter; non enim ubiq; easdem, sed alias in his, alias in aliis organo functiones obit. Sic intelligit per cerebrum, videt per oculos, loquitur per os, ambulat per pedes &c. Angelus similiter qui toti auditorio adest per essentiam æqualiter, inæqualiter in partibus ipsius auditorii operari potest. Assert. III. *Spiri-*

(f) Met.
div. c. 4.
por. 8.

sum finitum in minimâ quâvis parte spatii totum totalitate essentiae, non verò præsentiæ esse, dicimus. Fluit assertum hoc ex præced. Firmum est argumentum: Quicquid totum est, ubicunq; est, illud non solum in toto est totum, sed in quâvis etiam totius spatii parte, totum. Spiritus finitus totus est ubicunq; est. Ergò. *Major* nulla indiget probatione. Quicquid enim non est in quâvis parte totum, illud non potest totum esse ubicunq; est. *Minor* ex antedictis constat, & fundatur in essentiae spiritualis inextensibilitate & impartibilitate. Valet autem hoc ipsum de Spiritus finiti essentia tantum non verò præsentiâ & proportionatâ ad distinctas ipsius ubi partes, applicatione, quâ sc. præsentiâ parus in ubi, non est præsentiâ totius in ubi, sed pars spatii hic sit, pars alibi; Sicq; Spiritus, qui per solam designationem alicubi esse dicuntur, in sese quidem indivisibiles sunt essentiae, non autem quantum ad actualem spatii designationem simpliciter impartibilis præsentiæ. v. gr. Anima humana præsentiâ totali toti adest corpori vel spatio; Partiali verò præsentiâ, (quæ sc. in respectu ad totum spatium, ad modum partis à nobis concipitur) per proportionatam ad diversas corporis vel spatii partes, applicationem adest. Sicq; pars præsentiæ quæ proportionatè, est in capite, non est in pede, vel digito &c. Sic quoque Angeli præsentiâ totalis, tota est in toto museo, in toto auditorio, vel in totâ aulâ. Partialis verò in distincta musei, auditorii vel aulæ parte, distincta est. Proportionalitas enim præsentiæ partis, quam in angelo concipimus & designamus propè fenestram, non est eadem, cum illâ parte, quam propè januam vel fornacem concipimus. Ex his partibus quasi, demum totalis constituitur præsentiâ. Distincta ergò nobis sunt Applicatio præsentiæ, & Adestentia essentiae, essentialiumq; perfectionum.

(g) *met. div.* Conf. *Excell. Dn. D. Calov. (g) & Henr. Nicolai. (b).*

c. 8 §. 5.

§. 3. Diluenda hic paucis nonnullorum objectio. *Dicunt:* Si

(b) *Tr. d.*

Spiritus finitus totus est in singulis spatii partibus, erit utiq; extra

Ess. Alic.

seipsum, suæq; essentiae fines. Nam una spatii pars extra

sect. 3. §. 11.

alteram est, & fines essentiae loci finibus exactè respondere de-

bent. Sed consequens non est. E. nec antecedens. Resp. *Ma-*

joris

joris sequelam nullam esse. In spiritualibus à spatii partibili-
 tate, ad essentialis partibilem existentiam argumentari non licet.
 V. tamen C. à spatii partibilitate, ad ipsius essentialis spiritualis in
 omnibus spatii partibus extra seipsas existentibus, veram & rea-
 lem presentiam. *Instas:* Hæc ratione creaturam naturaliter,
 in pluribus spatiis simul esse, quod absolum. *Resp.* Creatu-
 ram naturaliter in pluribus simul locis inadæquatis & partiali-
 bus esse, absolum non est, alia est ratio loci adæquati & totalis,
 ut supra dictum. Altera quoq; ratio pro majore allata planè
 falsa est. Non enim res quatenus essentialis habet loco com-
 mensuratur, sed quatenus quanta est. Hinc homo in virili æ-
 tate ob quantitatis augmentationem, majus occupat spatium,
 quam in pueritiâ, essentialis verò semper salvâ manente. Non
 ergò partitum, sed punctum quasi spiritus est, ubicunq; est. *Conf.*
hic Dn. D. Hornejum, (i) Wendelini rationes pluribus refutare,
chartæ angustia prohibet. Solidissime interim illas una cum
aliorum rationibus refutarunt Excell. Dn. Sperling (k) Dn. D.
Danbawer (l). D. Horstius (m) &c.

POSITIO VIII & Ultima.

Plures Spiritus per naturam in uno eo-
 demq; ubi extrinseco & proprio consiste-
 re posse, impossibile non est.

§. 1. Negativam tenent Scholasticis *Thomas, Bonaventura,*
Richardus, Egidius, Capreolus, Bassolis &c. ap. *Tannerum (a).*
 Paucis contra ipsos, nostram probamus sententiam. (1) à *Possibi-*
li. Quicquid nullam implicat repugnantiam, illud utiq; est
 possibile. Plures Spiritus in eodem ubi extrinseco & proprio
 consistere posse, nullam implicat repugnantiam. Ergò. Maj.
 est certa. Possibile enim est, quod sine verâ repugnantia sive
 contradictionis tam explicitæ quàm implicitæ implicatione
 actu esse potest. Minor etiam constat. Nullatenus impossi-
 bilitas ex parte naturæ spiritualis probari potest. Ad quantita-
 tem qui confugiunt, principium petunt. Probandum ipsis

(i) *Part. 18*
disp. Theol.
disp. 5. sect.
2. q. 25.

(k) *Antbr.*
phys. l. 1. c. 3.

9. 3.
 (l) *Coll. Psy-*
chol. disp. 1.
controv. 4.

(m) *Tract.*
Phys. d. A-
nim. exerc.

1. q. 13. &
exerc. 9.

9. 10.
 (a) *T. 1. disp.*
5. q. 2. dub.
 5. §. 1.

prius est, quantitatem realem spiritibus competere. Nihil etiam proficiunt illi, qui cum *Thoma* & aliis ad operationem transitivam concurrunt, eamque formalem adessentia spiritualis rationem constituunt. & propterea plures angelos in eodem simul spatio naturaliter esse non posse dicunt quia plures in uno ubi simul operari non possunt, cum unius effectus respectu, plures causae totales ejusdem generis esse non possint. Nam formaliter Angelum per virtutem operativam ad extra alicubi esse falsum esse supra posit. 6. probavimus. Argumenta ergo, ipsorum ex falsâ procedunt hypothese. Et licet vera esset hypothesis, non tamen exinde statim sequeretur, plures Spiritus, nullatenus posse in eodem ubi esse. Plures simul in eodem ubi operari exemplo obsessorum patet. Possunt etiam multi spiritus in uno ubi simul existere, vel tanquam causae partiales, non totales, vel non unum, sed diversos edere effectus. Principium illud: *Unius numero effectus, plures causas totales non admittit*; Valet (1) de Operatione adaequatâ ad omnes causas, quae adsunt, non verò inadaequatâ quodammodo, ut altera causa magis, altera minus operari dicatur. (2) nisi causae istae peculiarem dependentiam ad se invicem habeant, & sic unius ad numerum effectus, possunt esse plures causae totales. Vid. hic plur. *Tanner* (b)

§. 2. (2) Exemplis idem demonstrari potest. Unius hominis animae totam Dæmonum Legionem unitam fuisse Scriptura refert. Non autem singuli Dæmones, per singulas corporis partes fuere distributi, sed ubique tota fuit legio, quia ubique anima tota fuit, cui erat unita. Plura exempla prolixè citare chartae angustia vetat. Tandem (3) *A minus probabili*. Admittunt spiritus simul in eodem ubi corpora, quod minus credibile. E. etiam alios spiritus admittere poterunt, quod magis credibile Prius patet. Corpora enim quibus se anima humana ceu forma informans, & Angelus ceu forma ad tempus assistens, univit, in iisdem spatiis sunt, quae sibi spiritus hi designarunt. Item Angelus qui est in parte aliquâ aeris, non diversum, sed idem, cum parte illâ aeris, spatium sibi definivit. Quae hic obijci possunt diluit *Tanner* c. 1. Confer *Vasquez* (c). Tantum!

GLORIA IN EXCELSIS DEO!

(c) *disp.* 193.
cap. 1.

Prestantissimo atq; Eximio

DN. RESPONDENTI


Amico dilecto.

*Siccine contendis summas superare camœnas,
Ut solers penetres abdita quæq; sophum?
Scilicet in Genios, abstrusas te abdere mentes
Nunc satagis totus: pandere rara cupis.
Perge velut pergis, tibi splendida parva corona est.
Ingenu referes præmia summa tui.*

Gratul. approp.

Johan. Scharfius D.

Præses.



Eximio atq; Prestantissimo,

DN. GEORGIO NEUFELDT

Philos. Candid. dignissimo & SS. Theol.

Cult. strenuo Amico charissimo

S. P. D.

*N*Empe huc incoctum generoso pectus honesto,
tum Patris & fratrum vestigia clara propellunt,
ut doctam toties repetas cum laude palæstram.
Adclamat populus: jam Victor docte triumphas!
Ecce dabit capiti mox noster Apollo corollam.

*Singularis adf. Etus test. gr.
deprop.*


M. Joh Ern. Gerhardus.

Sum

Sum comes ecce tibi. Doctos emitte libellos,
 Subq; notabo tuos carmine gratus ego
 Vim Tu magnorum sic affectare Virorum;
 Applausus quorum sic ego voce sequor
 Dextrum felices hoc nostrum jungere dextras
 Te gnarum fidum me doceatq; tuos
 Sic tu gnave nimis, mereare decenter honores
 Meq; Tuum semper novere, teq; meum

F.

Andreas Thurovv,
 Gedanens.



Dum reliquos animant fulgentia fulgura Martis
 Castraq; tot miseros pulverulenta tenent.
 Dum reliquos rapiunt spumantia pocula Bacchi
 Inq; voluptates imperiosa Venus.
 Quantus præ reliquis insigni laude coruscas
 Mi NEUENFELDI? Quantus in arte clues?
 Non tibi mens humilis, virtutem qui reverere
 Et Sophies summum scandis in arte gradum.
 Excelsum quiddam, regale quod haud culpari
 nec vinci possit, quæris amice bonum
 Gratulor ergò tibi certissima vota revelans
 Curarum finis quæ modò grata dabit
 Excelsus famâ clarusq; favore vigebis
 Magna labor magnus præmia ferre solet.

*Ita Pereximio ac Præstantissimo Dn. GEOR-
 GIO NEUFELDIO fautori & amico suo
 fraternè dilecto applaudere voluit*

Gerhardus Siricius Lubecens.

F I N I S.

Coll. diss. A. 101, misc. 49